FLORA.

№ 27.

Regensburg. Ausgegeben den 15. October. **1866.**

Inhalt. W. Nylander: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam. — Molendo: Bryologische Reisebilder aus den Alpen.

Addenda nova ad Lichenographiam europaeam. Continuatio tertia. Scripsit W. Nylander.

Novitiis, quas exposui, in Florae hujus anni numero 24, sequentes hic addere liceat.

1. *Nephromium isidiosum* Nyl.

Forte sola varietas *Nephromii tomentosi*, sed insigne thallo isidiophoro et saepius quasi reticulatim isidioso, subtus fusconigro vel fusco (ambitu fusco-pallescente).

Ad saxa prope Pertnavolok in regione Onegensi (Th. Simming).

2. *Lecanora cupreoatra* Nyl.

Thallus fuscocuprens areolatus subopacus, areolis angulosis vel subrotundatis (latit. 0,4—0,5 millim.) tenuibus margine nigro vel albicante, hypothallo nigro instratis, contiguis vel sparsis; apothecia fusconigra minuta innata (in areolis thalli singulum) opaca plana intus incoloria, margine thalli albo tenuissimo cincta; sporae 8nae mediocres ellipsoideae simplices (sed rite evolutae non visae), paraphyses mediocres, epithecium luteo-fuscescens, hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo coerulescens (dein saltem thecae fulvescentes).

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0419-9

Ad Onegam saxicola (Th. Simming). Ex stirpe est *Lecanorae cinereae*, sed faciem habet fere *Lecideae fuscoatrae*.

3. *Lecidea interjecta* Nyl.

Thallus albidus vel cinerascens inaequalis sat tenuis, rimoso-diffractus, indeterminatus; apothecia nigra fere mediocria (latit. 0,4—0,9 millim.) plana, marginata, intus obscura; sporae 8nae incolores ellipsoideae simplices, longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,006—7 millim., paraphyses gracilescentes (vel non bene distinctae), epithecium subincolor (vel vage leviter lutescenti-fuscescens vel sordidum, hypothecium fuscum. Gelatina hymenea iodo coerulescens, dein vinose rubens [1]).

Ad lapides vel saxa arenacea in Lusitania (legit Dr. Welwitsch in agro Olisiponensi) et in Anglia (rev. Salwey).

4. *Lecidea conferenda* Nyl.

Differt a *L. sylvicola* Krb. comparanda hypothecio subincolore (lateribus modo vel etiam infra lateribus coerulescenti-nigricante), sporis longioribus (longit. 0,009—0,013, crassit. 0,003—4 millim.) et spermatiis (longit. 0,006—9, crassit. vix 0,001 millim.).

In Lapponia ad Ponoi (Fellm. Lich. arct. 177) et ad Onegam (Th. Simming, ubi etiam *L. sylvicolam* invenit).

5. *Lecidea furvella* Nyl.

Differt a subsimili *L. furvula* hypothecio atro, epithecio (et thalamio superne) coerulescente, sporis minoribus (longit. 0,009 0,011, crassit. 0,0045 millim.), etc.

Ad saxa micaceo-schistosa in Ben Lawers Scotiae (I. Carroll).

In *L. furvula* hypothecium fuscum, epithecium nigricans,

---

1) Hanc *L. interjectam* olim perperam habui pro *L. sarcogynoide* Krb., a qua mox differt thallo solutione hypochloritis calcici erythrinice tincto; alioquin in *sarcogynoide* Krb. L. sel. 47 thalamium nonnihil rubricose-violacee tinctum; sporae minores, etc. Erronee indicavi huic thallum adesse erythrinica gaudente reactione. Conferenda *L. sarcogynopsis* (Nyl. Armoric. p. 409) etiam differt thalli reactione tali nulla, paraphysibus discretis crassioribus, epithecio obscurato, hypothecio medio dilutiore, etc., a *L. interjecta*. Adhuc comparari possit *L. lapicida* var. *declinata* Nyl. (data in Lechl. Pl. Maclov. 56), sed ei thalamium fere duplo humilius et superius coerulescens, epithecium nigricans, gelatinae hymeneae coerulescentia iodo effecta persistens, etc. (hypothecium strato medio dilutius). In *L. interjecta* hymenium altit. circiter 0,1 millim. (statu humido), in *L. sarcogynoide* altit. fere 0,09 millim., in *L. lapicida* var. *declinata* altit. solum 0,5 millim.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0420-0

sporae longit. 0,012—17 millim., crassit. 0,006—8 millim., thallus crassior et distinctius areolato-diffractus. etc.

6. *Lecidea attendenda* Nyl.

Apothecia nigra minuta (latit. 0,15—0,30 millim.) plana marginatula, intus obscura; sporae 8nae fusco-nigrescentes oblongo-ellipsoideae vel oblongae 3-septatae rectae, longit. 0,010—16 millim., crassit. 0,004 millim. (interdum 5-septatae), epithecium (vage) et hypothecium fusca, paraphyses (graciles) non bene discretae. Gelatina hymenea iodō intense coerulescens (dein vinose rubens).

Supra thallum *Pilophori fibulae* Tuck. prope Onegam (Th. Simming).

Affinis *L. sociellae*, sed sporis minoribus, epithecio fusco, etc. differt; accedit quoque ad *L. homoicam*, sed sporae rectae, thalamium non rubricose violacee tinctum.

7. *Lecidea advertens* Nyl.

Thallus olivaceo-nigricans tenuis subfurfurellus indeterminatus; apothecia nigra minuta (latit. 0,2—0,3 millim.), demum convexiuscula immarginata, intus concoloria; sporae 8nae incolores ellipsoideae, longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,007—9 millim., epithecium sordide coerulescens, paraphyses non discretae, hypothecium nigrum vel fusconigrum. Gelatina hymenea iodo coerulescens.

Ad saxa calcarea in Cader Idris Angliae (rev. Leighton).

Facie *Spilonematis revertentis*, sed thallo tenuiore texturaque omnino alia, scilicet gonidica. Thallus gonidiis constans chroolepoideo-concatenatis, filamenta sistentibus articulata (crassit. 0,014—18 millim.), chlorophyllo viridi in cavitatibus rotundatis, parietibus crassulis; si thallus non est alienus, haec species proprium genus sistit, quod *Heterostroma* dicere liceat. Conferendus est thallus in *Thelopsi melathelia* (quam etiam ad Onegam detexit praestantissimus Simming), etiam texturam *Chroolepi* habens, ut facile crederes hic agi de lichenibus parasitis.

8. *Verrucaria mesotropa* Nyl.

Thallus pallidus tenuis inaequalis; apothecia nigra turgidula, perithecio convexo dimidiatim nigro (latit. 0,15—0,20 millim.), epithecio vix distincto; sporae 8nae incolores ovoideae

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0421-6

vel ovoideo-oblongae 1-septatae (vel septo spurio), longit. 0,012—17 millim., crassit. 0,005—6 millim., paraphyses nullae. Gelatina hymenea iodo vinose rubens.

Ad saxa in Cader Idris (Leighton).

Affinis videtur *V. superpositae*. Gonidia viridia (latit. 0,004-6 millim.) saepe oblonga.

9. *Thelocarpon epibolum* Nyl.

Apothecii globulus flavovirescens prominulus (latit. 0,11—12 millim.); thecae polysporae, sporae incolores oblongae (utroque apice obsolete vel levissime incrassatulae), longit. 0,004—6 millim., crassit. 0,0020—0,0025 millim., paraphyses graciles. Gelatina hymenea cum thecis vinose fulvo-rubescens.

Supra thallum *Solorinae croceae* ad Onegam (Th. Simming).

Quoad formam sporarum maxime accedit ad *Th. intermediellum*, quod autem majus (globulis latit. 0,16—0,21 millim.), sporis minoribus, paraphysibus nullis, etc. In *Th. epibolo* paraphyses vix ultra crassit. 0,0005 millim., non confertae, simplices (vel vix ramosae); breviores quam thecae. Variant gelatina hymenea iodo vix tincta et solum thecae juniores fulvo-rubescentes.

10. *Thelocarpon epithallinum* Leight.

Apothecii globulus flavovirescens (latit. 0,1 millim.); thecae polysporae, sporae oblongae (vel cylindraceo-oblongae) longit. 0,006—7 millim., crassit. 0,0020—0,0025 millim., paraphyses (crassit. 0,001 millim.) parcae ramosae (non confertae). Gelatina hymenea iodo non tincta (lutescens), thecae fulvo-rubescentes).

Supra thallum vetustum *Baeomycetis rufi* vetusti in Anglia (Leighton).

Differt a *Th. epibolo* affini praesertim sporis medio non constrictiusculis et paraphysibus crassioribus, possint tamen ambo ad unam eandemque speciem pertinere. Hoc *Th. epithallinum* indicatur a rev. Leighton in Ann. Magaz. Natur. Hist. jul. 1866; definitionem dedi secundum specimina ipsius benigne missa.

Solutione hydratis kalici reactiones maximi ponderis in studio Lichenum obtineri attuli acidi chrysophanici, acidi usneici vel lecanorini varios colores praebentes aut nullos apud diversas species eo respectu examinatas. In *Lecanoris*, *Lecideis*, *Clado-*

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0422-2

niis, *etc.* nunc tute distinguere valemus etiam specimina juvenilia aut sterilia et imperfecta, ubi antea quidem optima incerta manere potuerunt. In Cladoniis, quarum apud auctores summa confusio frequens et in herbariis nomina mire disjecta observantur, reactio hydrate kalico ortu flava aut nulla aut ferruginose fuscescens strati corticalis (praesertim podetiorum) notam sistit certiorem quam characteres plurimi in libris dati. Atque ita jam notum habemus, *Cladoniam delicatam* specie differre (cum varietata sua *subsquamosa*) a *Cl. squamosa*; *Cl. pungentem* (cum var. *coralloidea* Ach.) similiter specie differre a *Cl. furcata* (corymbosa); *Cl. cervicornem* differre a *Cl. sobolifera* (Del.), quae (cum *verticillata*) subjungenda sit sub *Cl. gracili*; *Cl. bacillarem* non specie differre a *Cl. Floerkeana*, sed *macilentam* [1]) varietatem esse *Cl. digitatae*. Forte etiam *Cl. lepidota* (Ach.) specie distinguenda sit a *Cl. degenerante*. Etiam *Cl. rangiferina* sic differt a *Cl. sylvatica* et *Cl. gorgonea* a *Cl. Salzmanni*. Expositionem reactionum in his Lichenibus obviarum scripsit rev. Leighton, cui adnotationes in hoc capite communicavi. Hydrate kalico simul spermogonia Cladoniarum erythrocarpearum et phaeocarpearum inter se dignoscuntur, quod utilissimum est in determinandis speciminibus masculinis (solum spermogoniferis).

Bryologische Reisebilder aus den Alpen.

Von L. Molendo.

(Fortsetzung.)

Von Winklern bis Heiligenblut.

Das Thal des Leiterbaches, an dem sich die Schober- und Glocknergruppe berühren, brachte uns in das Gebiet des bedeutenden Bergstromes, in welchen sich die meisten südlichen Wasseradern der Glockner- und Ankogl-Gruppen sammeln, und dessen oberstes Quellgebiet in den gewaltigsten Firnkaren der Ostalpen liegt. Der mittlere und Unterlauf dieses Flusses von Winklern an, wo er in einem mehr als rechten Winkel aus der bisherigen südlichen Richtung nach Nordost umbiegt, liegt ausser-

1) „*C. macilenta*“ Fr. L. S. 52 pro parte vel speciminibus majoribus huc pertinet, sed specimina minora ibi data pertinent ad *macilentam* (h. e. *digitatam* depauperatam).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0423-7

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1866

Band/Volume: 49

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam 417-421